Mythologia, Padoue, 1616 - 45 : La Santé

1 médaillon

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

Nove Imagini, Padoue, 1615 - 027 : La Santé *a pour reproduction ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 197
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7764?context=pdf

Fichier issu d'une page

fuiſſe inquit. Scripſit Lucianus in Icaromenippo celeberrimum templum Aeſculapij fuiſſe Pergami, ſicut Apollinis in Delphis. Ac Strabo lib. 8. fanum fuiſſe Aeſculapii inſigne ſcribit Tetrapoli, quæ ciuitas & Ionibus & Caribus habitabatur. Erat id templum multitudine ægrotantium & variis morbis laborantiũ plenum, & parietes pictis tabellis vbique tecti in quibus ſcripti erant morbi & nomina eorum qui ſe ab illo Deo ſanatos fuiſſe credebant, ſicut in Co inſula, & in Trica. Somniauerat enim inſulſa antiquorum multitudo, quod ſi qui ex aliquo morbo conualuiſſet, cui contigiſſet Aeſculapium inuocare, illud Aeſculapii opera factum fuiſſet, pro qua re & tabellas appendebant parietibus templorum, & alia nuncupata vota perſoluebant, tanquam præmia illorum beneficiorum quæ diuinitus accepiſſent. Huic Deo capram immolare in ſacrificiis mos fuit à Cyrenaicis, vt ait Pauſanias, & Didymus ſcripſit lib. 3. vel quia à capra nutritus fuiſſet, vel quia ſanu tari aduerſarium animal capra videatur, cùm laboret perpetua febre. Socrates tamen in Phædone Platonis ſe gallum debere Aeſculapio medico inquit, cùm gallus illi mactari cõſueuerit. Nam gallus gallinaceus etiam iſti ob vigilantiam fuit ſacratus. Habuit & hic Deus multa cognomina à locis, in quibus illi templa fuerunt dicata, vel ab aliis cauſis: vt Aulonius, Medicus, Onceata, Leuctricus, Cortynius, Cotilęus, Agnitas, Pœonera. Nam, vt ait Cicero lib. 2. de Legibus, Aeſculapius, veluti Dii cæteri, propter beneficia quæ in genus humanum contuliſſe dicitur, fuit in Deorum numerum relatus: ſic enim inquit: Diuos, & ollos qui cæleſtes ſemper habiti, colunto: & ollos quos in cœlum merita vocauerint, Herculem, Liberum, Aeſculapium, Caſtorem, Pollucem, Quirinum.

ATQVE

Digitized by INTERNET ARCHIVE
Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7764?context=pdf